UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

65. Quare violans priuilegia Ecclesiæ, punitur in quinque libris auri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

cra myſteria conturbauerit, aut celebrare prohibuerit, capitaliter puniatur: Hoc ipſo & in litanijs, in quibus Epiſcopi & clerici reperiantur, cuſtodiendo. Et ſi quidem iniuriam ſolùm fecerit, is verberibus exſilioque tradatur: Si verò etiam Litaniam concuſſerit, capitale periculum ſuſtinebit, & vindicare iubemus non ſolùm ciuiles, ſed etiam militares iudices. Omnibus autem laicis interdicimus Litanias facere ſine ſanctiſſ. Epiſcopis, & qui ſub eis ſunt reuerendiſſimis clericis. Qualis enim eſt Litania, in qua Sacerdotes non inueniuntur, & ſolemnes orationes faciunt? Sed & ipſas honorandas cruces (cum quibus & in litanijs ingrediuntur) non ablibi, niſi in venerabilibus locis reponi, & ſi quando opus vocauerit ad Litanias celebrandas, tunc ſolum ipſas ſanctas cruces accipere eos, qui conſuetè eas portareq; ſolent, & cum Epiſcopo & clericis Litanias celebrare, hoc cuſtodientibus ſanctiſſimis locorum Epiſcopis, aut etiam eorum clericis, & per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo, præſentis noſtrę legis virtutem, aut tranſſcenderit, aut non vindicauerit, prædictas, pœnas patietur, monaſteriorum & reuerendiſſimorum Manochorum diſpoſitione.

Impp. Arcadius & Honorius AA in l. Si venerabilis, C. de Epiſc. & Clericis. Violans priuilegia Eccleſiæ punitur in quinq; libris auri.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAP. LXV.

SI venerabilis Eccleſiæ priuilegia, cuiuſquam fuerint vel temeritatè violata, vel diſſimulatione neglecta, commiſſum hoc quinque librarum auri condemnatione plectetur.

Noua conſtitutio Friderici Imperat. de ſtatutis & conſuetudine contra libertatem Eccleſiæ editis, quæ habetur ad calcem lib. 2. Feudorum De variis pœnis violantium priuilegia & libertatem Eccleſiaſticam.

CAP. LXVI.

AD decus & honorem Imperij, & laudem Romani principis nihil omninò magis videtur accedere, quàm vt expurgatis quibuſdam erroribus, & iniquis quorundam ſtatutis penitus deſtitutis, de cætero Eccleſia Dei plena quietè vigeat, & ſecura gaudeat libertate. Sane adeò infidelium quorundam & iniuſtorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra Apoſtolicam diſciplinam, & ſacros canones ſtatuta ſua confingere contra Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiæ libertatem. Cùm ergo diſpoſitione diuina fauente, nihil velit Eccleſia (quæ nihil debet præter bona appetere) quod nobis eodem concurſu & eadem non placeat voluntate. Nos Fredericus Romanorum Imperator ſemper Auguſt. hac edictali lege irritamus, & nunciamus omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ ciuitates vel loca, poteſta-

tes,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN